

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

Disputatio XXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

67. Gignit enim pecunia pecuniã non naturã, sed usu, non factura, sed proventu, ut ait quidam non ignobilis Theologus.

68. Concludimus ergo: in repub. Christiana tolerari bonã conscientiã posse usuram illam, quã propter evidentes causas piis Christianorum Imperatorum & Principum legibus est concessã & approbata, iis animadversis circumstantiis, quã à nobis sunt suprà expositã.

DISPUTATIO XXIX.
DE SUMMO BONO.

CUM studium Ethices maximè conveniat juveni: etsi Aristoteles secus statuat, ex hac quoque disciplina aliquid de felicitate ad disputationem nostram deligemus, tanquam flosculum ex horto Charitum decerpentes.

2. Omnes hominum actiones honestas ad finem, seu bonum spectare certum est, teste Aristotele lib. 1. Ethic.
3. Bonorum aliud alio superius, quin imò summum ex his aliquod sit & extremum necessum est.
4. De hoc videlicet extremo hominis bono variè quæsitum est, variis que modis disceptatum, aliis aliud statuentibus.
5. At si hoc bonum est ἀρετωνικόν, & ἡσυχαστικόν.

finis vitæ humanæ, non obscurum saniori philosopho, quodnam illud sit, seu quæ sit vera hominis felicitas, esse potest: nimirum ὁμοιωσις θεῷ, similitudo Dei, ut Plato loquitur, seu νοιωσις cum Deo.

6. Non exiguam partem hujus similitudinis expressit Demosthenes, cum interrogatus, quid homo simile Deo habeat, respondit τὸ δῆμιόν ἐστιν, ἢ εὐφραταίη, id est, vera intelligere & benè facere.

7. Felicitas autem illa est absoluta, seu plena, vel inchoata.

8. Plena est perfecta cum Deo conformitas.

9. Estque vitæ alterius, cum animus ex hac corporis mole ergastuloque in cælum tanquam in suam patriam evolavit.

10. Hujus respectu non absurdè Solon pronuntiavit, neminem ante obitum dicendum beatum.

Et Ovid.

Expectanda dies homini est diciq; beatus,

Ante obitum nemo supremâq; funera debet.

11. Inchoata rectè definitur, κατὰ τὸ δύατὸς τῷ δικαίῳ καὶ ὀσίῳ μετὰ φρονήσεως, id est, justitia, & pietate erudita, & sapiente, quæ quidem in hominem mortalem cadere potest.

12. Est enim hujus vitæ, & quidem tanquam via ad beatitudinem alterius seu secundæ

eundem vitæ omnibus numeris perfectam cumulatamq;

13. Ea igitur cum in hominem cadat, homo ante obitum quadantenus beatus dici potest.

14. Ex his facile intelligitur, neq; in imaginaria, neq; inani, minimeq; fructuosa cognitione, neq; in otioso habitu virtutis, neq; in honoribus, neq; in divitiis, neque deniq; in sordida, beluinaq; voluptate, (in qua maxima hominum pars felicitatem collocat, cum tamen ad brutas animantes amandanda sit,) summum bonum esse constituendum.

DISPUTATIO XXX.

Theses Ethica & Physica,

DE EBRIETATE.

DE ebrietate placet, tum Ethicè tum physicè philosophica *cu* *qu* *ni* *os* *agere*.

2. Ethicè quidem ita, ut de opposita Sobrietate prius differatur.

3. Sobrietas accipitur dupliciter: Communiter & propriè.

4. Communiter quidem accepta denotat mensuram in omnibus servandam, in quibus contingere potest defectus & exuperantia: ut sobriè, id est, *metèis* seu moderatè loquendum, ludendum, sapiendum, de aliqua re disputandum est.

§. Pro-